



Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Memorabilivm Societatis Iesv. Sive
Commentarius quotidianae virtutis, notabilem vnius, vel
plurium in Societate vitâ functorum, virtute quapiam
insignium memoriam in menses diesque ...**

Nádasi, János

Antverpiae, 1665

VI. Die Ivnii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9625

grum, illibatumque, ac recens fuisse
testati sunt, qui videre Illius in Ascen-
tis peritiam testantur libri ab illo
conscripti.

P. IOANNES
DE RIBERA.

Hispanus
Manz. 5.
Junij 622.
xstat. 17.
So. 40.

Vocatio.

Humilitas.

Oratio.

Cofit.

B.V.

AD societatem venit, illa sibi ca-
nens: *Fallax gratia & vania est
pulchritudo: eā occasioē quād con-
sanguineā cuiusdam suā pulchritudi-
nem, tantā oculorum admiratione
laudaram, & idisset in morte repente
miserandum in modum fœdatam. In
Philippinis, & docuit, & rexit; diffi-
cillima negotia, & nauigationis arium-
nas feliciter exantlauit. Si à Supe-
riore moneretur, vocem illam lu-
bens accipiebat, tamquam à Dei
momentis ore prof. tam Nunquam
Socium, nunquam famulum ad cu-
biculum curandum admisit, etiam
cum præcesset. Plures illi noctes oranti
inter lacrymas effluxere. Adolescens
cum esset, obsecrāns procacis fœmin-
arē preces, & semel vim quoque, su-
perauit, quando cum vestis partem,
quā tenebatur a reliquā veste auksam
reliquit in manibus impudicis, & fugā,
pudicitia suā consuluit. Beatissimam*

Virginem pudicitia suā custodem co-
luit, nec vñquam de illa sine lacrymis
ad populum loquebatur supremus
morbis, illum à capite usque ad cal-
cem magnā vulnerum fœditate imple-
uit, gratias semper Deo agentem, &
Iobi historiam ex ore anagnosat a
dientem. Mortis, ac æternæ vitæ
responsū diuinitus dicitur accepisse
& quā prædixerat die, fœlix mortem
oppetiū.

Patentia.

P. IACOBVS
TONERA.

Fuit primus Rector Collegij Man-
fresani 32. quādragesimatū con-
ciones magno labore, gratiā, emolu-
mento animarum exantlauit; etiam
in missionibus mirè felix & inclytus.
Ad locum quendam noctu appulsus,
audiuit magnam istic pluviæ necessi-
tatem esse. Postridie sereno cælo pul-
pitum descendit, & magnâ vi dixit
contra peccata quæ cælum aperiti-
non sinant. Vnde copiose lachrymæ
ab audientium oculis fluxere. Et ante
quām ē templo pedem efferret, opta-
tam à populo pluviā cælum affluen-
ter effudit.

Hispanus
Manz. 5.
Junij 1627.

Concio.

Panitentia.

Oratio.

VI. DIE IVNII.

P. FRANCISCVS
HENRIQUEZ DE
NAVARRA.

Hispanus
Eborac 6.
Junij 1561.

Oratio.

Experectum illi erat ad singula,
quæ agebat pię, accuratęq; pera-
genda ingenium. Eapropter sin-
gulis, & proprijs ad officia singu-
la precandi formulis meditatę con-
ceptis yrebatur, & *Gloria Patri*, &

Filio &c. addebat, ut illa Deo in ho-
locaustum offerret, ac se ad illa optimę
obeyunda sic perureret. Ter quotidie
humī prosternebat sese, amori. &
honorī sanctissimæ Trinitatis. Corona
Deiparæ quotidie, ac Sabbatis etiam
officio Beatae Virginis recitato, gra-
tias agebat Deo pro amore omni, &
omnibus Deiparæ ornamentis. Acer-
rimus lingua suā custos erat, & im-
petus illos, quibus lingua per incon-
siderationem.

Cultus san-
ctissima Tri-
nitatis.

B.V.
Lingua.

P p 2 side-

siderantiam fortem abripitur, torrentes vitiorum, errorumque vocabat. Æger impensè à Deo petiit, ut h̄ic purgatorij pœnas exolueret, dolorum suppliatio. Et verò impetravit, ingenti dolorum examine miserimè cruciatus, quasi mille telorum generibus laniatur, suauissimâ postea lætitia succende v̄isque ad mortem.

P. IOANNES GONZALES.

Hispanus
Huetæ 6. vel
16 Junij 1583
ætat. 30.
¶ c. 13.

Zelus.

Peracto Romæ feliciter studiorum curriculo, in Hispania Philosophiam docuit, & conscientiæ quæstiones. Madriti adolescentem à dæmonis consortione abduxit, & expiauit, fremente dæmons, ac se in adolescentis conuersi conspectum dante, & quæsto, quod cum Societatis homine egisset, ac nominatim cum Ioanne Consalvio qui multas ex inferni faucibus animas rapuerit. Tamen Consaluij consilijs, precibus, afflictionibus pro adolescenti suscepit, dæmon planè pulsus deinde nunquam comparuit. Hic idem Ioannes postea animam suā pro æterna cuiusdam salute deuouit. Rem omnem Orlandinus ita narrat in Collegio Huetensi: ut planius, inquit, intelligatur quām hanc confirmandi migrantes animas consuetudinē Deus approbet, silentio præteriri non debet, quod de Sacerdoti nostro, religionis officijsque laude præstante nuntiatum est. Is diuino consilio tum maximè in morbum incidit, cū satis bellè se haberet; & quamquam medicorum sententiâ nihil in eo morbo putabatur inesse periculi, is tamen exploratum sibi esse dicebat, eo sibi pereundum esse: cū medici negarent, ille tamen affirmaret, & in eo perseueraret; Rector amotis arbitris hominem rogat, vnde tandem id haberet

exploratum? Respondit se ad quemdam exequentem de vitabiduo ante cū accidisset, multumque ad Ecclesiæ recipienda mysteria in eo cohortando frustra sudasset, tandem ad Sacrificium discellisse; in coquè dum filium Dei gereret inter manus, supplicasse Patri per Vnigenæ sanguinem, ne hominem sine Sacramentis sineret interire; scelere, & suum caput pro eius deuouisse salutem: continuoq; sibi visum esse Deum id quod postulasset concedere, & quod obtulisset, accipere. Sacrificio autem vix peracto, illum clamare cœpisse, vt confessionis causâ sibi Pater adesset. Adfuisse se, hominemque absoluisse. Tum piè illum è vita horæ circiter interuallo migrasse. Quare æquum nunc, inquit, est, vt promissi munus exoluam, quo quidem incredibili cum voluptate perfungor. Itaque ad eam horam, quam supremam sibi esse compererat, scelere comparans, cessit è vita, non minore suo gaudio, quam ciuitatis exemplo. Habet eadē Nieremberg. 10. 4 pag. 745. sed ait 16. Junij obisse.

Charita,

M. virtutu,

Sacrum

Regia
dæus.

Mem.

Eidem.

P. SEBASTIANVS VIERA, ET QVINQUE SOCI Novitii.

Sparsæ sunt per Iaponiam illius imagines; vt agnitus teneretur, id facturo promissi aureis mille quingentis. Cum paulò ante quām capere tur diuinum sacrificium celebraret, is quisacρ aderat Paulus homo Christianus, in cuius domo id siebat, retulit visum sibi videre Christi sanguinem velut spumantem in calice. Capi pro illo, magnus plausus coortus est, quod Romanus ille Sacerdos (ita eum appellabant quod Romæ fuisse Procurator) iam vincitus esset. Capi cum illo

Lusitanus
Yendi. 6.
Junij. 1614
ætat. 63.
Soc. 43.

Sacrum.

Illo quinque alijs, quos id sagitantes
in carcere, pro ea quā Prouincialis lo-
co fungebatur potestate, ad Societatem
admisit. Ad Regem accitus, per
interpretes illi respondit; cum coram
non daretur, ne conspecto Rege liber
euaderet, iuxta eam istic legem quæ
reos Regem videntes absolvit. E car-
cere scriptis; parum fore si centum
vitas, aut si mille corpora, haberet
quæ Deo redderet pro actione gratia-
rum. Tanto se gaudio perfundi, ut vel
pro minima eius parte satisficeri posse
neger, etiam perpetuis omnibus quæ
ab illo vñquam tolerata fuere tor-
mentis. Cum Iapon reus (ad terrorem
illi incutendum) coram illo fidiculis
torqueretur, & horrendus cruciatuum
apparatus illi ob osculos poneretur, in-
uitareturque ad Deum deserendum,
respondit: Se tres iam & sexaginta
annos à Deo beneficia pluri-
ma, & maxima, ab Imperatore autem
non nisi compedes accepisse; Deum
immortalem, hunc mortalem esse;
nunquam se à fide abiturum, vñlā spe,
aut metu eorum quæ Imperator possit
seu prouirtere, seu minari. Iuslus fidei
nostræ summam scripto complecti-
torū 14. horarum intercedepine scrip-
tit, & breuiter illam digessit à conditi
orbis exordio, usque ad extēmum
diem iudicij. Imperator in eo com-
mentario legens ea quæ ille de im-
mortalitate animæ illi lucubrationi
inseruerat, exclamauit: Bonus est hic
Bonzus Europeanus! Et si hac vera sunt,
quid nos miseri: quid n. bīscum fiet? Ve-
rū sualū auunculi, S̄ebastianum neci
addixit. Ergo ille ad scrobem ducitur,
& causa supplicij conscripta prefertur;
quod fidem Christianam predicasset contra
Imperatoris electum. Vnācum quinque
illis quos in carcere in Societatem co-
optarat Iaponibus, toto quod super
genua est corpore in foneam ē pedi-
bus peperdidit per totum triduum, illis

quoque superstes. Et iam antea prædi-
xerat, se tormento fossæ non moritu-
rum. Supposito demum igne cruciatus
est, & combustus, cum ei viuenti
prius visceræ fuissent sensim extracta,
ut scribit eius socius P. Albertus Mc-
cinski.

MICHAEL PEREZ COADIVT.

HVnc è Collegio ad peste contactos
abeuntem omnes benedictione Hispanus
sunt prosecuti. De illo ita scripti in
Heroibus, & victimis charitatis: sexta
Junij dies inter ægrorum turbam oc-
cupauit Michaelem Perez, postea-
quam imperatæ sacræ illi prouinciaz
per dies xv. inter ducentos lue illâ
prostratos impiger ad ultima quæque
m. d' astinorum officia perpetuò adstî-
tisser magno ægrorum, & Patris, cui
adiunctus erat, ac eorum, qui pro Ma-
gistratu rem omnem gubernabant so-
latio. Antequam discrimin illud in-
gredieretur, ad singulorum, qui tunc
fortè à mensâ religiosè colloqueban-
tur, Patrum pedes demissè prouolu-
tus, & eos exosculatus, bene sibi à
Superiore, bene ab omnibus dici petiit;
& se hilarè ad præstitutum locum con-
tulit. Viuacem genium, quo flagrabat
semper experrecto studio, ac diligen-
tæ robore subigebat, in omnes patien-
di occasionses præparatâ mente inten-
tus, modestus, atque ad perpetuam
sui victoriam orandi præsidio visitan-
do Sanctissimo Sacramento, & perti-
nacibus culinæ laboribus vsus; cum, &
piomi condi, & culinæ officia perdi-
ligenter, periitque tractarer; Valetu-
dinario quoque perattentè ad omnia,
quæ Medicus, quæ infirmi, quæ tota
eius muneris ratio exigebat, tempo-
rum, ac rerum puncta promptus, &
exquisitus; ita ut Coadiutorum plu-
rius.

P. p. 3:

Charita,
M. virtus,
SacrumRegis aspe-
ctus.

Fidu.

Lusitanus
Yendi. 6.
Junij: 6:44
xstat. 6:3:
Soc. 4:1

Sacrum

Rium sicut labores, ita laudem unus
hic tulerit, & ignavis generoso exem-
plo praeiuerit ad vires Deo totâ prom-
pti animi, & corporis alacritate im-
pendendas; experrectis verbâ, ad ge-

nerosam indolem oratione, ac vi-
tandi domestici hospitis Christi offi-
cijs, denique magnâ laborum assidui-
tate subigendam.

VII. DIE IVNII.

P. BARTHOLOMÆVS
SANCHEZ.

Hispanus.
Bobayeni. 7.
Junij 1642.
xxt. 29.
Soc. II.

Educatio.

S. Xauer.

Cor.

Paupertu.

Causas.

Natus ex voto, quo Deo à paren-
tibus antea sterilibus deuotus
est Paruolo pompæ secularis
horror ab ijsdem iniectus, dicentibus;
diuites superbos ijs qnibus cum pom-
pa vehuntur splendidis curribus, ve-
lut auriga dæmone, ad infernum vehi-
suæ salutis oblitos. Videbatur sibi sen-
su intimo ad imitationem S. Xauerij
permoueri, quod eum videret suo in-
genio valde esse cōsentaneum. Et pro-
fuit id acriter præstisse. Sanguinem
è pectore quæ cor iacebat elicuit, &
chirographum eo sanguine conscripsit,
quo se Deo per Xauerium in salutem
Iaponiæ deuouebat. Is erga Xauerium
ardor illi exprobare videbatur, si cal-
ceos nouos, pileumve, aut aliud vsui
suo opportunum, admitteret; quasi
parum addictus ei paupertati quam
exemplo suo docuisset Xauerius. In
eodem, suave, præsentissimumque pre-
sidium inneniebat tuendæ in nitida
sanctimonia puritatis, quicquid ima-
ginum castæ menti obstreperet; visis
aliquando eriam terris larvis, quæ
abibant, cum ille solito magis affi-

ctus opem Xauerij imploraret. Vide-
batur quoque id velut à Deipara edo-
B.V.
ctus interno monitu, vt ad hanc vi-
ctoriam patrono Xauerio vteretur.
Cœcinnatos à P. Mastrillo Xauerij titu-
los, instar Litaniarum quotidie recita-
bat. Aliquando Crucem ferre se debere
didicit, cum i. Decembbris coram sui
Xauerij effigie supplex, totam eius C.H.
imaginem Crucis ingenti toto corpore
coopertam vidit. Patiebatur tunc ille
dulcioris è calo auræ solatiorumque
penuriam; & ad plures id genus, alias
que corporis atque animi molestias
æquo animo ferendas est mirificè inci-
tatus. Animo anxium, an ritè initia-
tus esset, ac per novem dies pro licita
da primi sacrificij hostiâ se parantem,
ipso Deiparæ natæ die manè ante
quæ sacrificaret vox diuinitus con-
firmavit, quæ illum hortabatur, vt se
in Sancti sui manibus relinqueret, pa-
ti, & eum imitari paratus; primamque
hostiam Deo pro acceptis ab illo per
Xauerium beneficijs offerret. Ita illi B.Xau.
animus conquieuit. Crucis in imagine
Xauerij ostensæ mysterium compleuit
mors, quæ obiit à barbaro sicâ in
guttur vulneratus, alio ei caput bifra-
riam dissecante.

VIII. DIE